



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac  
planè obstupenda, de septem ec-  
clesiæ statibus,  
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem  
calamitatibus ex sanctor[um] pro-**

**Pürstinger, Berthold**

**Coloniæ, 1531**

**VD16 ZV 12498**

Comparatio septem dierum ad septem status ecclesiae. Cap. 8

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29969**

ratur, donec in eodē statu prolixo cōpleatur plenitudo gentiū & numerus electo-  
rū: vel potius, donec impleta fuerit mēsurā malitiæ. Rursus de inchoatione & du-  
ratione sexti status ecclesiæ reformandæ nihil certi habemus, vt dictū est. Finis  
autē eiusdem commonstratur in futuro magni Antichristi aduentu, quando fiet  
tertia. i. vniuersæ fidei catholicæ ruina. Spacium vero temporis vsq; ad Antichri-  
stum est nobis penitus incertum, licet suus aduentus sit certus.

VIII § Septimus demū ecclesiæ status incipiet post secundū Christi aduen-  
tū, quādo spūs oris sui interficiet Antichristū, & finietur in extremo iudicio. Sed  
quanto tēpore sit duraturus, latet: tamen Ioachim arbitratur eum modico spa-  
cio duraturū, sumpsit proculdubio sui arbitrij occasionem ex verbis Christi, di-  
centis: Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter  
electos breuiabuntur dies illi. Vbertinus autem existimat, quōd ille futurus septi-  
mus status, qui erit inter Antichristum & extremum iudicium, tantum temporis  
spacium continebit, quo totus Israel duodecim tribuum, vna cum omnibus gen-  
tibus, ad Christum conuerti valeat. Illud nanq; tempus per gradus crescit à mane  
id est à sui initio, vsq; ad meridiem, id est ad summum eius, quia eotunc fiet sum-  
ma ecclesiæ militantis perfectio, ex quo totus orbis ad fidem conuersus summis  
virtutibus clarescet, deinde per gradus iterum deficiet. Inuocabunt enim nomen  
Baal mane vsq; ad meridiem, Postea decrescet à meridie vsq; ad vesperam, id est  
ad noctem iniquitatis.

IX § Hinc scriptura inquit: A mane vsq; ad vesperam immutabitur tem-  
pus. Et: Qui habitant domus luteas, terrenumq; habent fundamentum, consu-  
mentur, & velut à tinea de mane vsq; ad vesperam succidentur, & in æternum  
peribunt. Iterum: Dum adhuc ordier, succidit me de mane vsq; ad vesperam fi-  
niet me. Siquidem in calce septimi status homines ad tantam iniquitatis vespere-  
ram peruenient, quod vix inueniatur fides in terra, prout aperte dominus ostendit,  
dicens: Cum venerit filius hominis, vtpote ad extremum iudicium, putascē  
inueniet fidem in terra: Vnde elicitur quod mundus in sui fine malis moribus &  
superstitionibus laborabit, ac in malitia vsque adeo abundabit quod Christus do-  
minus, prope sua iustitia compulsus, ad extremum iudicium sit venturus. Tunc  
demum erit mundi ruina vniuersalis, de qua infra capitulo finali.

¶ De comparatione septem dierum ad septem status ecclesiæ. Cap. VIII.

Septem status ecclesiæ coaptantur dinino operi septem dierum formatio-  
nis scilicet mundi, vti copiose declarat Vbertinus: Hæ quidem sunt seriatim  
domini sanctæ, quas celebrare debemus temporibus suis. In veteri nanq;  
testamento tanquam super faciem abyssi, scripturarum erant tenebræ &  
obscuritates carnalis intelligentiæ, spiritualisq; ignorantia. Quamobrē in primo  
ecclesiæ statu ortus & natus est Iesus lux mundi. Nam dies primus erit nobis cele-  
berrimus, sanctusq; & venerabilis, quia dies clangoris est & tubæ. i. sacræ feri-  
pturarum. Eiusdem em̄ diei primi. i. Christi doctrina & fides illuxit orbi, diui-  
sitq; lucem fidei à tenebris synagogæ, & ab errore gentilium.

I § In die altera oblata sunt vituli de armento duodecim, nam per opera-  
tionem duodecim apostolorum, ac per acrimoniam cæterorum martyrum in-  
cepit secundus ecclesiæ status, quando factum est in cælo, id est in ecclesia militā-  
te, firmamentum patientiæ & constantiæ martyrum. Propter quod desideria vi-  
tæ supernæ diuisa sunt quasi infinita à finitis desiderijs præsentis vitæ transito-  
riæ, tanquam aquæ superiores ab inferioribus.

II § Deinde tertio die mēsis septimi filij Israel obtulerūt vitulos vndecim,  
per q̄s denotant doctores. i. vndecim stellæ quæ adorauerūt Ioseph. i. Christum  
quē doctores doctrinis sanis coluerūt. Ad hoc facit quod vndecim discipuli abie-  
runt in montem. s. altæ intelligentiæ, & videntes Iesum, adorauerunt eū. Ad pro-  
positum, in tertio ecclesiæ statu cōgregatæ. i. sequestratæ, sunt aquæ infidelium tē-  
pore & opere Constantini, qui palatium Lateranense ac Romanā urbē, omni-  
umq; Italiæ & occidentalium regionum prouincias successoribus beati Petri as-  
signauit, priuilegium quoq; dedit, vt sicut Romanus imperator esset caput totius  
mundi

Roma. 11.

2. Theff. 2

Mat. 24

Vbertinus

3. Reg. 18

Eccī. 18

Iob. 4. in fi.

Esaia. 38

Lucæ. 18

Gene. 1.

Vbert. de se

prē statibus

Leuit. 23

Gene. 1.

Iohan. 3

Leuit. 23

Nume. 29

Gene. 1.

Nume. 29

Cath. Sen. c

150. Gene. 1.

Nume. 27

Gene. 37

Matt. 28

Dist. 96. C5

stant.

- Gene. 1** mundi, sic Rosianus pontifex caput omnium ecclesiarum. Eo tunc ecclesia apparuit arida .i. secura ab ulteriori effusione sanguinis, & terra .i. ecclesia genuit herbam virētem scilicet doctrinā spirituales, & ligna pomifera doctorū, quoz semen manet super terrā.
- Gene. 1** III § Postea die quarto (quando deus fecit luminaria & stellas) obtulerūt vitulos decem. Sic Ioseph suis fratribus addidit asinos decem qui subueherent ex omnibus diuitijs Aegypti, & totidem asinos, triticum in itinere panesq; portātes. Siquidem in Aegypto tempore quarti ecclesie status, anachorita tāquā luminaria fulgere cceperunt in cælo .i. cælesti vita, contemplatiua fuit sicut sol, actiua sicut luna. Vel per duplicem maiorem lucē denotatur vtraq; prælatio, seu maioritas, scilicet spiritualis & secularis, quæ p̄fuerūt Anachoritis & cæteris deuotarijs tanq; stellis in heremo fixis, vt lucerent super terram. Isti quidem in manibus suis habebāt lucernas ardētes, id est, in operibus iustis bona exēpla, & accēderūt lucernas ac posuerūt eas super candelabrum, vt lucerent om̄ibus qui in domo, id est, in mūdo erāt.
- Num. 29** IIII § In quinto præterea die, hoc est, in præsentī statu quinto, deberēt offerri vituli nouem, sed nouem vbi sunt? Nam oblationes Christi fidelīū hodie reserunt, non de auro vel argento, sed de munitissimo ære fiunt in mente ferrea. Neq; offerunt decem, quia plures decimas tollunt laici, quoniam ecclesiastici plures expenduntur in vltus meretricantium, quā indigentium pauperum. Porro huius quinti status monstratur lectus ferreus nouem cubitos habens longitudinis. Vel potest dici quōd in initio huius status, aquæ produxerunt reptilia & volatilia, quibus deus dixit: Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, auesq; multiplicentur super terram. Nam quamuis vita monachorum in quarto statu fuerit sanctior & clarior, in quinto tamen statu est fecundior. Non solum enim volatilia, id est, religiosi contemplatiui, & reptilia, id est, clerici seculares, comixti gentibus seu laicis veluti pisces aquas maris, in ecclesia abundant, sed etiam monasteriorum & templorum numerus in christianorum terris non facile comprehenditur. Sed hoc die & statu quinto munda & immunda animalia sunt producta, & modo in fine eiusdem quinti status & ad vesperam quinti diei immunditia super immunditiā inundat. Idcirco huic diei & statui quinto reseruatur Leuiathan, vt is fiat in deuorationem quibus deus deus velit & quando velit. Maledictus est autem dies in q̄ suscitatur Leuiathan. Ecce nostrū iam tempus quinti status nūcupat scriptura maledictum. Nam in die ista visitabit dominus super Leuiathan serpentem veſtem .i. ducem per malitiam, & serpentem tortuosum id est, nōllem per blandimentū.
- Num. 29** V § In sexto deinceps die offerebantur olim vituli octo, ad figurādum quod in sexto statu ecclesia foret expianda & renouanda. Sacerdotes namq; ingressi templum domini vt sanctificaret illud, extulerunt omnem immunditiam quam intro repererant & asportauerunt, expiaueruntq; templum diebus octo. Quippe in sexta creatōis die producta sunt irrationabilia scilicet iumēta reptilia & bestie.
- Gene. 1** Nunc quidem in fine quinti & excursu sexti status ecclesie, inundauerunt iumēta per luxum carnalium illecebrarum, item reptilia per auaritiam terrenorum transeuntium, item bestie per vastum superbiam, & per inhumanitatem inuidiam, dum enim superbit impius, incenditur pauper. Et tamen simul cum illis irrationabilibus creatus est homo ad imaginem dei, id est, cœtus electorum ad voluntatem dei rationabiliter viuentium, vna cū muliere Eva, id est, ecclesia ex ipso formata, siquidem ecclesia potissime formatur & constat ex electis christianis, tametsi in se membra frequenter reprobata contineat. Is vero cœtus electorum præest bestialitatibus & carnalitatibus terrestribus, quas in seipso reprimit, & in quantum potest in alijs prohibet.
- Num. 29** VI § Septimo tandem die offerebantur vituli septem, vnde septimus ecclesie status adoptatur sabbatismo septimæ diei, qui erit benedictus & sanctificatus ac liber ab omni opere seruili, fruens requie temporali, ac pace quæ exuperat omnem sensum, hic est sabbatismus qui relinquitur populo dei. Demum subsequetur
- Philip. 4**

J. ca. 15. §. 7.  
& J. c. 19. §. 3  
J. c. 13. §. 3  
J. c. 12. §. 2  
De maio. &  
obed. c. fo.  
E. eo. §. 2 &  
J. c. 16. §. 5  
J. c. 11. §. 4  
J. c. 10. §. 4.  
J. c. 26. §. 12.  
J. c. 12. §. 5  
E. c. 7. §. 8.  
in fine.  
J. c. 14. §. 9  
E. ca. 5. §. 9.  
& J. c. 10. in  
prin. & J. c.  
19. §. 11. in fi.  
J. c. 16. §. 6  
J. ca. 40. §. 1  
& J. cap. 24  
§. 3  
J. c. 16. in prin  
E. ca. 5. §. 2.  
& J. c. 9. §. 1.  
E. ca. 6. §. 4  
& J. c. 14. §.  
14.  
J. c. 9. §. 7.  
J. c. 70. §. 1

quetur octauus & celestis status, quando omnia vniuntur deo. In cuius figuram die octauo mensis septimi non fiebat aliquod opus seruale, sed offerebatur vitulus vnus in holocaustum & odorem suauissimum domino. Hinc ecclesia solet celebrare octauas maiorum festorum. Dies quidem octauus erit celeberrimus atque sanctissimus, & erit sabbatum, id est requies sempiterna.

Hebrę. 4  
Num. 29  
Leuit. 23

¶ Quomodo ecclesię status assimilantur septē mūdi ætatibus. Cap. IX.

Vemadmodum Macrocosmi ac etiam Microcosmi generatio, duratioque septem ætatibus finitur, ita ecclesię militantis excursus tot statibus, inæ quali tamen tempore, terminabitur. Quęlibet autem mundi ætas distinguitur per certos terminos propter magnalia quę illis temporibus contigerunt. Prima ætas ab Adam propter creationem mundi, & durat vsque ad Noe, à quo propter aquę diluuium secunda ætas calculatur vsque ad Abraham, qui instituit circumcisionem, ob quam ab eodem patriarcha vocatur tertia ætas vsque ad Dauid, ob cuius regalem vnctionem tunc incepit quarta ætas vsque ad Babylonicam transmigrationem, à qua computatur quinta ætas propter filiorum Israel liberationem, & durat vsque ad Christi primum aduentum, à quo denominatur sexta ætas propter humani generis redemptionem. Septima tandem ætas incipiet à secundo Christi aduentu, quando, extincto Antichristo, reformabitur ecclesia, & durabit eadem septima ætas vsque ad vitam resurgentium.

35. q. 4. c. 1.

I § In prima itaque ætate ab Adam vsque ad Noe, iuxta euangelij descriptionem, fuerunt generationes decem, & secundum Orosium, qui sequitur septuaginta interpretes, vsque ad diluuium fluxerunt anni. 2242. Sicut autem in eadem prima ætate, occiso Abel, & ei Seth substituto, generatio Cain fratricidę segregata est à generatione filiorum dei, in quibus synagoga est instituta, sic in primo ecclesię statu peruersa generatio synagogę, quę occidit Christum, separata est à filiis dei, in quibus sancta ecclesia constituitur.

Luc. 3  
Gene. 4

II § Secunda ætas à Sem vsque ad Abraham similiter continet generationes decem, anni autem 942. lapsi sunt à diluuiio vsque ad natiuitatem Abrahamę, & sicut in initio eiusdem secundę ætatis per Noe fabricata est arca, in qua semen electū à diluuiio præseruaretur, quo exiccato archa in altum leuata super montes altissimos requieuit. Sic in secundo statu, postquam per apostolos fabricata fuit ecclesia, in ea semen martyrum est saluatum. Ipsa quoque ecclesia per fidem & patientiam eorum rudem martyrum, sanguinem suum innocentem deo immolantium, est eleuata & dilatata, quę de se ipsa apud prophetam ait: Misit, s. dominus propter me us de summo, & accepit me & assumpsit me de aquis multis, eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me & eduxit me in latitudinem & saluam me fecit. Nempe ecclesia requiescit super montes cęlorum, diluuiio tyrannorum exiccato. Deus enim dirupit petram & fluxerunt aquę, abierunt in sicco flumina, & eduxit populum suum in exultatione & electos suos in lætitia.

Luc. 3  
Gene. 7

III § Tertia ætas habet septem generationes à natiuitate Abrahamę vsque ad Aram, quando Moses eduxit populum Israel de Aegypto, & continet annos. 505. In ea subuersi sunt Sodomitę in mari mortuo, Aegyptij in mari rubro, deleti Chorę, Dathan, & Abyron, ceterique schismatici de filiis Israel, ac populo eo tunc data est lex. Similiter in tertio ecclesię statu populus Christianus per martyria eductus est in terram pacis. Luxuria denique mundi & idololatria gentium in Christi ac martyrum sanguine est submersa, plurimi schismatici & hæretici ex ecclesia eotunc reiecti, legesque ciuiles & principum constitutiones conditę sunt vnā cum patrum canonibus, quas de cetero vim legum habere Iustinianus Cęsar decreuerat.

Mat. 1.  
Luc. 3  
Exo. p. totū  
Gene. 19  
Exod. 14  
Num. 16. 26

III. § Quarta ætas continet pariter septem generationes & annos. 479. ab exitu populi Israel vsque ad templi perfectionem sub Salomone. In qua ætate Dauid, eiectis Syris & Philistęis, ceterisque hostibus, ac ædificata Hierosolyma, diuinum cultum per psalmodię iubilum ampliauit, quem super excelsa sua deduxit victor in psalmis canentem. Simili modo in quarto statu per Iustianum

Mat. 1.  
Paral. 16  
Aba. 3. in fi.

§. c. 5. i. fi. &  
§. c. 9. in fi. &  
§. ca. 17. §. 17

§. c. 7. in pri  
§. ca. 70. §. 6

§. c. 6. §. 1. &  
§. eo. §. 6

§. c. 10. §. 2  
§. c. 8. §. 5. &  
§. ca. 17. §. 1.

§. c. 11. in pri.  
§. eo. §. 4. &  
§. c. 13. §. 3

§. ca. 25. §. 10  
§. ca. 11. in pri

Dist. 2. c. 1.  
§. ca. 5. §. 7  
& §. eo. §. 6  
In aut. de ec  
clesiast. ti. in  
pri. cō. 9  
§. eo. §. 2. &  
§. ca. 10. §. 4